

ANTONII  
GVIBERTI  
COSTANI TOLOSATIS  
IVRECONSULTI,



Quæstionum iuris memorabi-  
lium Liber primus.

*num. 17. cap. 8. num. 2.*

LVGDVNI  
APVD IOAN. TORNÆSIUM,  
ET GVL. GAZEIVM.  
M. D. LVIII.



COLL. SOC. IESV. SALM. EX DOMO REGVM *Bibl.*



# IOANNIBER-

TRANDO, S. R. E. CARDINALI,  
MAGNOQUE GALLIARVM  
NOMOPHYLAGI,

\*

Antonius Guibertus Costanus, iuris vtriusque  
Doctor S. P. D.



**C**ONSCRIPSI in omnes celebres  
iuris Casarei partes, decem iam annis  
elucubrata & publicè dictata Com-  
mentaria, quæ dum à me limantur  
politius, interim quædam ex illis ex-  
cerpta capita in publicum sub tuo no-  
mine emitto: ut si fortè doctis ea ipsa  
probenentur, reliquum pensè alacrius  
exequar. Et sanè cum editos non ita  
pridem à nobis De dotibus commentarios, & doctis in dies ma-  
gis ac magis probari, & à legum studiosis auidè arripi viderem,  
dici vix potest, quàm excitatus ad euulgandas has maioris ope-  
ræ lucubrationes fuerim: quæ vel ob solam rerum varietatem  
longè plausibiliores fore videbantur. Et verò his multa iuris Ci-  
uilibis & Pontificij loca illustraui, multa in sinuosis verbosisque  
aliorum scriptis dispersa & dissipata quàm potui commodissi-  
mo ordine digessi, & breuiter ac generatim exposui, & de-  
num multas controuersi iuris quæstiones, de quibus nostri An-  
dabatarum more, clausis oculis hætenus decertasse videbantur,  
ita accurate & diligenter exposui, earum ut iam eluceat veri-  
tas, quæ diu in profundo abstrusa iacuit, nec vllum consecuta est  
veræ & genuinæ interpretationis lumen. Id autè summa cura  
studiosè; conquistaui, quidd nulla mihi docendi illustrandiq; iuris  
commodior via & ratio videretur, quàm si rationes & iuris  
loci vtrâq; in partem accuratissimè exquirerentur, & pugnan-





# ANTONII CUI-

BERTI COSTANI,

TOLOSATIS IVRE-

CONSULTI,

\*

QUESTIONVM IVRIS MEMORA-  
BILIVM LIBER PRIMVS.



An vsuræ priscis temporibus prohibita  
fuerint, & quæ sit vsura centesima,  
quæ semis, & cæteræ id genus.

- 1 *Lex xij. Tab. supra vnciam vsuras prohibuit.*
- 2 *Memorable factum Catonis.*
- 3 *Vsura naturæ repugnat.*
- 4 *Nummi cur inuenti.*
- 5 *Processus vsurarum.*
- 6 *Vsura centesima olim maxima.*
- 7 *Quid sit centesima vsura, & vnde eius nomen tractum.*
- 8 *Centesimalare.*
- 9 *Cur vsura centesima as appelletur.*
- 10 *Menses secundum Lunæ cursum.*
- 11 *Vsura centesima aliquot casibus permissa.*
- 12 *Nauticum fœnus lex Pontificia sustulit.*
- 13 *Nicena synodus vsuram centesimam antiquauit.*
- 14 *Bessales*
- 15 *Semisses*
- 16 *Quincunces*
- 17 *Trientes*
- 18 *Vera explicatio l. iij. §. vlt. D. ad legem Falcid.*

} *vsuræ.*